Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Bellvm asiaticvm. Ti. XX

urn:nbn:de:bsz:31-270805

Visual Library

BELLVM ASIATICVM. TI. XX.

V Icta ad occaſum Hiſpania:P.R.ad oriẽtem pacem
agebat: nec pacem modo ſed inuſitata & incognita
q̃dam fœlicitate/ relictæ regiis hæreditatibus opes/
& tota in ſimul regna ueniebant Attalus rex perga-
menorũ regis Eumenis filius ſocii quondam cõmilitoniſq; nſi
teſtamentũ reliquit:PopulusRomanus bonorũ meorum hæres
eſto:In bonis regis hæc fuerunt: Adita igitur hæreditate/ ꝓuin-
ciam Populus Romanus nõ quidem bello:nec armis:ſed (q̃ eſt
æquius)teſtamenti iure retinebat.ſed hanc difficile dictu ẽ utrũ
facilius amiſerit Populus Romãus: an recuperauerit. Ariſtoni- Eumenis fi
cus regii ſanguinis ferox iuuenis urbes regibus parere cõſuetas lius fuit Li-
partim facile ſollicitat:paucas reſiſtentes/Mindũ/Samon Colo- ulo.
phonẽ ui recœpit. Craſsi quoq; Prætoris Cedit exercitũ : ipſm A.li.Midõ
quoq; cœpit. Sed ille memor & familiæ & Romani nominis/cu
ſtodem ſui Barbarum uirgula excecat in exitium ſui(quod uole
bat)ita concitat. Mox a Perpenna domitus:& captus: & ꝑ dedi
tionem in uinculis habitus. Aquilius Aſiatici belli reliquias con
fecit/mixtis(nephas) ueneno fontibus ad deditionẽ quarũdam
urbium:quæ res ut maturam:ita infamẽ fecit uictoriam:Quip-
pe cum cõtra fas deum/moreſq; maiorum medicaminibus ipu-
ris in id tempus ſacroſancta Romana arma uiolaſſet.

LVCII FLORI EPITOMA-
tis liber Tertius incipit.

DE BELLO IVGVRTHINO. TI. I.

H Aec ad orientẽ: ſed nõ ad meridionalẽ plagã eadẽ
qes. Quis ſperaret poſt Carthaginẽ:aliquod i Afri
ca bellũ? Atqui nõ leuiter ſe Numidia cõcuſſit: & fu-
it i Iugurtha/quod poſt Hãnibalẽ timeret: Quippe rex callidiſ-
ſimus Populum Romanũ armis inclytũ & iuictũ opibꝰ aggreſ-
ſus ẽ :& citra ſpẽ oium/fortuna ceſſit:ut rex fraude ꝓcipuus:frau
de caperetur. Hic auo Maſiniſſa & Micypſa pr̃e per adoptionẽ:

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg